

numerande, *curiosus* hic liber, non meus quidem, sed
(summa voluntate) Illius, qui Te colit mecum, ac venera-
 tur; se rem non alienam facturum putans, si, quicquid in-
 dustræ ab Ipso auctore in eo positum est, Tui iudicii face-
 ret; Tuamque super eo sententiam rogaret: Scimus enim,
 id Te præ cæteris, pro illius, in rebus omnibus, acrimonia
 posse; & pro affectu, quo causam nostram amas, seriò vel-
 le. Ausus sum, fateor, Tibi summo Viro humile opuscu-
 lum dicare; accipe hoc, **ILLUSTRIS-SIME DOMINE,**
 ac sub celeberrimi Nominis Tui auspicio publicatum Tuo
 patrociniò dignare; ut quod ex argumenti sui præstantia
 multiplicem jucunditatem utilitatemque allaturum est,
 & **TUÆ CLARITATIS** titulo præsentem auctoritatem
 fortiatur. Quod quidem si feceris, efficies nos ad mayo-
 ra posthac in usum divinæ Matheseos, aliarumque scien-
 tiarum, alacriores. Quando enim videro, nostros cona-
 tus iudicii Tui (quod pro eo ac par est, facio longè maxi-
 mi) calculo non improbari; erit id mihi incitamento, ut
 cum difficultate horum temporum, & fortunæ novercan-
 tis injuria, porrò luctatus, majores etiam labores, pridem
 cœptos, hoc acriùs urgeam. Patere ergo fulgentissimum
 Nomen, & *Florentinis* annalibus perpetuò celebrandum,
 huic libello adscribi; ut videant hoc signo homines, me,
 qui